









reponderunt Dec. conf. 86. n. 4. *post med. vers. & maxime*, Bell. Sen. conf. 19. sub nu. 9. *vers. sed in causa nostra*, Barbat. conf. 48. sub n. 4. *vers. modo in proposito*, v. 1. Ruin. conf. 137. n. 15. lib. 2. Surt. conf. 67. n. 51. & conf. 418. n. 25. Spad. conf. 316. nu. 6. lib. 3. Peteg. de fideicom. art. 52. n. 28. Rot. dec. 116. n. 9. post Torr. de post. iust. success. repetit. dec. 253. n. 8. par. 13. *repetit*. Quando tamen exuberasset vulgarissima regula, quod renunciatio, veluti abdicatio, praeferat substantiam, & donationem discretioni fraternitatem involvens, nunquam de re ad rem, de persona ad personam, de tempore ad tempus extenditur, sed strictissimam aequaque promeretur, & exigit interpretationem, teste Spad. 4. conf. 316. numer. 8. lib. 3. Anst. Dalner. de renunc. cap. 1. nu. 36. & segg. Rota cor. Duran. dec. 268. nu. 7. & num. 10. cum 2. segg. & cor. Dunozett. Jun. dec. 346. nu. 10. cum segg. & in reuoc. d. decif. 253. num. 11. par. 14. dec. 23. num. 22. & 23. & dec. 272. num. 4. par. 15. & in Ariminen. Fideic. Bandi, & Anea de Bandis 26. Junii 1697. §. *per post. fideicom.*, confirmata §. Martii proximo praeteriti coram R. P. D. meo Molines.

Minuque excoigata remifio, seu renunciatio fidei committi tunc non purificari poterat subauditur, aut includi in alia fidei committente, quae videbatur praesertere verba sonantia in tempus futurum; nam ficut (ut mox ostendimus) prima pars amplectebatur quidem fideicommissa, sed claudcabat in tempore, scilicet, quia restringebatur ad purificata dumtaxat usque ad diem exaratae renunciacionis; ita & conuerso secunda pars progrediebatur utique ad tempus futurum, sed vacillabat, & ardebat praeise ad successiones intestatas cum dictione taxatiua tantum, ibi & de caetero devolvendis ab intestato, tantum ex hereditate, successione, & linea ejus paterna &c. si que impossibile reddebatur, quod iudex valeret nedum in hac, ut diximus, rigidissima materia, sed etiam in lata, & favorabili deorquere verba futuri temporis ad una specie successione ad alteram, quando contrahentes appoffere dictionem tantum, quae penitus interdicat omnem, & quaeumque extensionem, ut late per Donat. de renunc. cap. 47. nu. 145. Modern. Lucen. conf. 592. num. 5. & 6. Rota in Terracinen. Bonorum 1. Decembris 1687. §. *Nec facit*, coram boyme: Emerich Decano, & magis praecise ad rem nostram Molfes. ad consuetud. Neapol. rom. 2. conf. 43. num. 15. Rot. d. decif. 116. num. 10. & 11. apud Torr. de post. iust. success. aliis dec. 253. num. 9. par. 14. *rec.*

Stante vero littera tam clara, & reluctantia materia ad tolerandos extrinsecos, & subauditos intellectus, aures amplius praebere non poterat subtilibus de caetero discursibus promotis ex necessaria industria scribentium pro monialibus, nempe & quod ab initio Hippolyta professa fuerit, attenta consecutione dotis correctiva ad paragium, quin potius illud excedente, penitus abdicare a se, & extingueret omnia iura non minus ex causa de praesenti, quam de futuro sibi competentia, seu competitura; & quod ad nihilum deferretur tam effratata formula renunciandi, nisi comprehenderet etiam fideicommissum per obitum renunciatarii ad eundem renunciantis favorem purificandum; quodque demum in idipsum conspirarent antecedente verba ipsius instrumenti renunciacionis, ut ibi omnia iura &c. ipse Hippolyta competentia nunc, & in futurum: Quia omnia haec ratiocinia jugulabantur semper a littera, & a materia; palpabatur etenim iam ex toto tenore renunciacionis infimul juncto, quam facta partitione in duo membra praedicta, quod nec renunciatio poterat dici realis, & abdicativa, nec querendum (quatenus opus) erat de superfluitate, nec demum dispungendum, utrum verba praecedentia utrumque tempus, praeteritum videlicet, & futurum, continerent, quae constanter in ordine ad fideicommissa restrictio erat cubitalis circa purificata usque ad diem renunciacionis, & in ordine ad tempus futurum fortior urgebat coarctatio ad successiones tantum intestatas, unde ne quibus fieri amplificatio ad successiones fideicommissarias, quae nec penes idiotas, nec penes iuristas dicantur unquam devolvi ab intestato per simplicem dispositionem legis, sed ex peculiari hominis dispositione, ut ait Menoch. conf. 124. n. 13. Gallerat. de renunc. lib. 4. cap. 2. n. 28. *vers. non trahitur*, Torr. de primog. & Major. lib. 1. cap. 35. n. 92.

Et profecto egregie adaptabantur verba per prius in renunciacione innotuata, nunc, & in futurum, dum immediate partes professae sunt declarare, quid respectu utriusque, vel alterutrius temporis intellexerant, coarctando importantiam verbi nunc ad fideicommissa purificata, & alterius in futurum ad successiones intestatas tantum; quamobrem omnia remanebant plana, & absque contrarietate, imo

diversitate, adhibendo simpliciter praeculis regulam notissimam, de singulari singula congrue referendo, juxta monitum Castren. conf. 18. n. 3. in fin. lib. 2. Caravet. conf. 98. nu. 1. Rot. coram Coccin. dec. 2140. nu. 8. & coram Bich. dec. 603. num. 4. & in reuoc. decif. 128. num. 14. & decif. 386. num. 6. par. 16.

Atque haec comperta sunt ad eam peripicua, ut frustratorium visum fuerit ponderare, quod nullo modo fideicommissum per obitum Dominici renunciatarii purificandum poterat verisimiliter venire in contractu renunciacionis, quali quod Dominicus acquirere fateretur libertatem disponendi de hujusmodi bonis vinculis, post ejus mortem devolvendis ad Hippolytam, dum iste casus erat tunc prorsus inopinatus, & inverisimilis: nam Dominicus frater, & renunciatarius Hippolyta, de facto supervixit post istam renunciacionem per annos 47. ipsunquae fideicommissum non erat purum, sed conditionale sub astricta conditione, si sine filiis; ideoque potius credibile est, Dominicum cogitasse de omni alio casu possibilis acquisitionis, quam per viam renunciacionis, veluti de necessitate praesupponere debentis ad effectum, ut operari posset favore renunciatarii, nedum praerogationem ejusdem renunciatarii, sed & praerogationem absque illa blanda fide prolix ex proprio corpore suscipiende, secundum ea, quae in valde proximis terminis consideraverit Rot. in Romana Donationis 26. Junii 1680. §. *Ex mente domini n. 2. et segg.*, confirmata 9. Decembris proximo anni, §. *Excluditur etiam*, et segg. coram clar. meo. Card. Vicecomite.

Prout inutile quoque compertum est, ponderare, quod si quod adfuit debetias, & intricatio super comprehensione, & intellectu verborum renunciacionis, illa remanisset a fundamentis eversa, retrorahendo cogitatum probabiliter a Patribus ad promissionem ab origine conventam in Capitulis Matrimonialibus, in quibus cautum erat, quod Hippolyta esset nudo, *che sarà detto matrimonio, habbia, & debba rinunciare &c. ogni ragione &c. che hanno potuto, & ponno in futuro non sperare sopra suoi beni paterni, &c. ab intestato tantum*; ac proinde cum a principio Partes neatiqum somniaverint transgredi iura, siue praesentia, siue futura ab intestato, potius disputatio resideret, an instrumentum teneret in ordine ad fideicommissa purificata de tempore celebrati ipsius instrumenti, quae non poterant reputari ex supra firmatis tanquam successione intestata, quam quod potius renunciatio comprehendere etiam fideicommissa purificata, cum capitula praecedentia contractum, veluti Matrices instrumentorum veniant magis attendenda, quam instrumentum, ex quo in illis continetur verba partium, in contractu verba notarii, ex pluries firmatis per scribentem, & per Sac. Rotam, & signanter Add. ad Gregor. dec. 168. nu. 8. Card. de Luca de dot. d. decif. 97. num. 4. & 11. & d. decif. 119. nu. 8. Rot. coram Merlin. dec. 808. nu. 18. cum 2. segg. & coram Royas d. dec. 241. nu. 5. & segg. dec. 422. nu. 5. & 6. p. 12. *rec. dec. 98. num. 13. p. 15. & dec. 66. nu. 9. par. 19.* & in his praecisis terminis renunciacionis late fundat idem Card. de Luca de renunciat. d. dec. 2. nu. 13.

Postremo tandem rimantes Domini tertiam difficultatem confinium, transierunt cum egregia distinctione facta per insignem in adolescentia preceptorem meum Card. de Luca de feud. d. dec. 39. nu. 4. & melius sub riv. de fideic. d. dec. 194. nu. 13. Cum etenim pretendere Moniales, Dominicum de annis 1634. 1641. & 1654. plura bona acquisivisse circa vidualium, eaque eidem incorporasse, quoadque id circò nequirerit subscineri immifio, nisi prius facta segregatione partium liberarum, juxta not. per Barr. in lib. fin. num. 21. ibique etiam Castren. nu. 6. C. de edict. div. Hadr. tollen. Peregrin. de fideicom. art. 44. Fufat. de substit. nu. 616. utrobique nu. 1. Post. resol. 113. nu. 127. cum plur. segg.

Placuit inquam, distinctio praefata non minus purpura, quam doctrina Eminentissimi, ad casum nostrum liquido applicabilis: supposita namque ex facto bonorum liberorum cum applicatione, vel incorporatione bonorum liberorum cum fideicommissariis, quando non inveniret neque una, neque altera quantitas bonorum sic pariter proprii auctoris commodes confudentis ex quadam culpa permissorum, tunc ne heredes reportent in perniciem confusio fidei vocacionis, nimis in longum retardaretur confusio interim immifio, seu fideicommissi, eidem fideicommissario interim immifio concedi debeat ad totum corpus, reservando tamen favore heredis habentis causam ad gravato confudente jus agendi ex post pro opportuna segregatione, & vindicatione bonorum liberorum; nunquam; tamen retardata praedicta immifio, ut exigit ratio animadversa, & aliteris cum natura ipsius iudicii possessorii, prout in substantia origi-

originaliter quoque docuit Angel. in l. si rem numer. 4. *vers. quod credo, ff. de rei vindic.* quem in his temporibus communiter sequuntur Ruin. conf. 50. num. 1. & seg. lib. 1. Cyriac. conrov. 60. n. 2. & num. 17. cum 2. segg. Fufat. de substit. quasi. 618. nu. 49. Rot. coram Duran. decif. 425. nu. 8. & coram Dunozett. Jun. decif. 598. nu. 26. & dec. 663. nu. 5. & coram fam. mem. Alex. VIII. decif. 102. nu. 15. & 16.

Atque ita, approbantes Domini iudicatum in tribus praecedentibus instantiis extra Rotam, resolverunt, utraque &c.

R. P. D. P I O,

Fanen. Immifionis.

Lun. 27. Junii 1695,

A R G U M E N T U M

Ut contra tertium dari valeat immifio, nedum possessio defuncti est probanda, sed quoque iustificandum dominium, aliaque traduntur circa validitatem testamenti caeci, & importantiam verborum transactionis.

S U M M A R I U M.

- 1 Ad hoc ut immifio contra Tertium extraneum obtineri possit, nedum est probanda possessio defuncti usque ad obitum, sed quoque quod bona ad qua immifio dirigitur, fuerint in dominio ejusdem defuncti.
- 2 Hujus traditionis redditur ratio.
- 3 Quando exceptio de factis domini dicitur concludente verificata, tunc immifio concedere non debet.
- 4 Testamentum caeci desitutum solemnitatibus valet, si conditum fuerit favore succedentis ab intestato.
- 5 Copia ex tracta a publico Archivio etiam late pendente fidem meretur.
- 6 Exceptio illegalitatis scriptura in prima instantia non apposta amplius attendi non debet.
- 7 Observantia scripturae quaeumque falsitatis suspicionem removet.
- 8 Transactio quantumvis amplissima, & srenatis verbis concepta semper restrictio paritur intra cancellos praesentationum tunc emergentium, nec extenditur ad ea quibus nulla cadebat li.
- 9 Verba restituerit, dare, & consignare tantum verificari possunt in his qua non possidentur, sed recuperari praevincantur.
- 10 Observantia potest passifacere, quamvis fuerit in transactione partium voluntas.

1 Non est credendum quod quis voluerit in sui praesudicium statui, si res ita non se habuerit.

DECISIO LXXX.

Carolus Petruccius inter caetera, quae disposuit in ejus ultimo, fuit quo obiti, testamento condico anno 1372. haeredem sibi fecit universalem Josephum filium, ac deinde jure legati reliquit Julio Caesari ex dicto Josepho Nepoti quoniam praedium nuncupatum del Montale, & alterum, cui nomen indium del Pastino, nec non alia stabilla, & mobilia, super quibus omnibus bonis fideicommissam instituit favore filiorum masculorum dicti legatarii, & in eorum deficiantiam favore foeminarum, & non extantibus neque masculis, neque foeminis, tunc, & eo casu ad eadem bona vocavit Josephum haeredem, & post eum illius filios masculos, ipsique non extantibus; filias foeminas, ut latius ex testamento exhibito, Summario n. 1.

Josepho patri praedecessit Julius Caesar legatarius, nulla post eum relicta foemina, unde bona legata in d. Josephum de facta fuerunt, eoque post haec a vivis patitur subdito, ad dicta praedia del Pastino, & del Montale a Hieronymo Josephi haerede possessa virtute relate fideicommissariae dispuerunt Justina, & Julia toties memorati Josephi filiae, quae successiva aequale possessionem adeptae fuerunt.

Veniantur tamen cum postea praefata mulieres quoque defecissent, atque Julia ultima ex eis, in quam per jus accrescendi integrum legatum devenerat, sibi universales haeredes adscripserit Acanium filium, & Hieronymum ex Josepho altero filio praedecessit nepotem, isti, urgentibus creditoribus, coacti fuerunt in Alexandrum Marinum Seniorem Avum, & coacti auctorem Alexandri Junioris rei conventi, praedicta praedia venditionis titulo alienare; sed praetendere tanquam Hieronymo juniore, eadem ad se pertinere tanquam haeredem fideicommissarii Josephi Senioris, in illorum possessionem petit coram A. C. im-

mitti, ex remedio l. finalis Cod. de edict. Div. Adr. Tollen. a quo tamen per contrarium sententiam rejectus, mihi intercedere appellacionis causam committi curavit, quapropter disputato hodie dubio, An sit donata immifio, Domini, illam denegandum esse, resolverunt.

Deicit enim fundamentum intentionis agentis, nimirum haec praedia supposita existere fideicommissa Josephi, vicinius eadem sibi debere, Hieronymus auctor contendit, id enim minus sufficienter elicitur ex eo, quod per Josephum possessa fuerunt, nam cum agatur contra tertium exterraneum iura sua possessionis ab aliis quam a fideicommissarioribus successoribus merentem, satis non est ostendere, quod bona petita, quouque testator vitam vixerit, possederit, sed ultra illius possessionem necessario exigitur probatio, quod fuerint in illius dominio, alias immifio concedi nequit, ut bene tradunt Bald. conf. 4. nu. 1. *vers. item non habet lib. 4. Nat. conf. 450. per rot. & signanter num. 7. Caph. conf. 386. nu. 35. Peregrin. de fideicommiss. art. 44. nu. 6. erga fil. verificata cum agitur*, Rota dec. 317. nu. 1. coram Guillem. Dunozett. dec. 836. num. 3. & dec. 390. n. 1. coram Cerr.

Eaque praenotata conclusio videtur esse postissima ratio, quia quando fideicommissarius agit adversus haeredem gravatum, iste excipere non valet de deficiendo domini testatoris, ne turpidinem detegat ejus auctoritas, qui rem alienam possederit, & ideo sufficit tantum probatio, quod bona fuerint inventa in haereditate; at ubi fideicommissarius agit contra tertium possidentem rem haereditariam independentem a tertio possidente, tunc ex quo huic turpe non est respondere ad respellendam auctorem, quod testator nunquam super bonis petitis legitimum dominium habuerit, efficitur, ut in his terminis opus sit ipsam dominium concludentibus probationibus demonstrare, alias in iudicio obtinere non potest; sicuti notanter declarat Maggon. dec. Floren. dec. 37. nu. 2.

Hoc tamen requiritur dominium in hypothese praesentis casus redditur probabile, quia ex lectura testamenti dicti Caroli fideicommissum sibi patet, quod praedia controversa, ut diximus, cum onere particularis fideicommissi sibi post mortem Julii Caesaris, ejusque defecutionem, Josepho haeredi legata fuerunt, proindeque cum Josephi possessio ad dictam fideicommissariam dispositionem referatur, sequitur, quod dominium Josephi fuerit resolubile, nec unquam, nisi cum haec qualitate resolubili, satis probari possit; quando autem tertius possidens incontinenti docet de insufficientia domini Auctoris fideicommissum agentis ad immifionem, tunc ex quo exceptio defunctus domini dicitur concludente verificata, iudex immifionem concedere non debet, ut post Gozzadin. conf. 7. num. 3. firmat Bursat. conf. 129. nu. 51. & 63. Mariz. conf. 213. nu. 37.

Quo igitur postea, non obstant, quod testamentum Caroli tanquam imperfectum, ac invalidum non servatas in eo solemnitates in testamento caeci, per l. haec subtilissima, Cod. de testamen. praescriptas, attendi non mereatur, quoniam cum illud favore Josephi filii, ac Julii Caesaris Nepotis, qui ab intestato successerunt erant, conditum fuerit, cessat equidem ratio motiva legis, nempe obviandi fraudibus, quibus perpepe homines oculorum lumine orbati subjuvantur, & sic voluntas defuncti tenet, ut litteraliter sancitur in §. finali ejusdem legis, & probant Altmar. de nullitat. rubr. 11. q. 11. nu. 38. rom. 2. Fagnan. in cap. cum esset num. 154. de testamen. Giovagn. conf. 6. per rot. & conf. 7. lib. 2. Marc. de success. legal. par. 4. q. 1. art. 9. nu. 17. Vass. de success. lib. 3. §. 21. nu. 66. Barry codem tract. lib. 1. tit. 3. de testamen. inter lib. nu. 9. Gallus de except. tit. 2. except. 2. par. 2. nu. 32. Boer. dec. 126. nu. 20. Rot. dec. 966. nu. 1. coram Seraph.

Neque refragatur, quod dictum testamentum non sit in forma probanti, sed tanquam simplex sumptum fidem sibi non vindicet; siquidem cum exhibita copia extracta fuerit de publico Archivio ab Archivista testante, illam fuisse cum suo originali collationatam, testante in extractione facta, lite pendente, deficiat patris citatio, in iudicio admittenda venit, Rota coram Merlin. dec. 548. num. 11. praesertim dum exceptio aserit illegalitatis tanquam subsistens, nulliusque roboris, in praecedenti instantia promota non fuit, ideoque modo parvipendenda est, ut dixit Rota in Bononien. Jurispatronatus de Ghisleris 31. Januarii proximi praeteriti, §. *At qui solvitur*, coram me.

Tantoque magis, quia illud semper observatum fuit; nam usque de anno 1611. per sententias in partibus suis, constat, canonizatum fuisse, Summ. nu. 8. & 10. Rursum apparet approbatum non semel per ipsomet haeredes Josephi Auctoris Hieronymi praesentis auctoris, tam in restitutione bono-



bonorum legatorum facta ad legem testamenti Caroli fidei...

Minufque refert, quod dicta pradia del Montale, e del Paffino...

Ex qua itaque ferie facti iustificata ex documentis traditi...

Et crescit argumenti robur, seu verba transactionis perpenduntur...

Contra expressam dispositionem q. Venantii Bidulli, qui in suo testamento...

Concedit

quam legatum Caroli consolidatum integre fuerat; qua confessione...

R. P. D. MATTHEO.

Camerinen. Successionis.

Luna 15. Maii 1684.

ARGUMENTUM.

Donatio per virum uxori facta, & que de iure revocata non censetur...

SUMMARIUM.

- 1. Inmissio heredi vocato denegari non debet. 2. Donationis causa mortis facta revocatio ex quibus verbis desumatur. 3. Verba - salvo per se penito specialiter revocata - non important derogationem futurarum dispositionum. 4. Derogatoria futuris dispositionibus, si tacite deducatur etiam tacite & per quantumque simplicem contrariam voluntatem removeri potest. 5. Si confes de voluntate testatoris expressa, vel saltem conjecturata, facti dicitur revocata antecesserit dispositio, quamvis esset clausula derogatoria munita. 6. Bonapropria testatoris dicitur etiam, que continentur in donatione causa mortis. 7. Diffio- aliorum - est repetitiva similitum. 8. Donatio causa mortis dicitur per subsequentem testamentum revocata, si nulla alia ad hunc bona, in quibus potest institutio verificari. 9. Fideicommissum fraderetur inutile, in eo veniunt prelegata. 10. Licet in donatione sit apposta derogatoria specialissima ad futura, sufficit quocumque contraria voluntas quocumque modo probata, adeo ut testamentum illam valeat irritare, si illud conditum sit ad pias causas. Amplius, ut num. 11. 12. In institutione herediti nunquam comprehenduntur bona que vir uxori preterviti donaverat. 13. Declarat, ut vera sit conclusio, si donatio sit inter vivos facta, si causa mortis exarata. 14. Testator si de aliquibus bonis donatis disposuerit in testamento, & de aliis nihil loquutus fuerit, signum est quod procedentem dispositionem mutare voluerit. 15. Testator disponens per subsequentem testamentum censetur revocare omnes donationes antecesserit causa mortis factas. 16. Maxime quando institutio facta sit de omnibus aliis, & singulari bonis, & hac verificari non possit, nisi in bonis donatis, & concurrat conjectura qua comprehensionem bonorum donatorum demonstrat. 17. Ex auctoritate variorum causa modum disponendi arguitur precipua voluntatis interpretatio. 18. Donatio causa mortis nec ex clausulis, constituti, & ad habendum, neque ex pacto reddi potest irrevocabilis. 19. Et eo tantum casu clausula pradiata officina habent quoties dubitatur, an dispositio sit ex causa mortis, scilicet si clausula legatum sit dispositio per viam ultima voluntatis.

DECISIO LXXXV.

Contra expressam dispositionem q. Venantii Bidulli, qui in suo testamento condidit de anno 1673. hereditatem instituerat Sophonisbam ejus uxorem cum conditione viduitatis, & substitutione Congregationum S. Philippi, & S. Caroli in casu contraventionis. Cum d. Sophonisba ad secunda vota transisset, contra eam iudicium immissionis instituerunt d. PP. tanquam purificata esset ad eorum favorem conditio, & inanis sententias favorabiles reportarunt, alteram ad Vicario Generali Camerini, alteram in gradu appellationis ab A. C. Sed iterum provocante Sophonisba, eique adherentibus Gismunda, & Felice de Pizzicanibus, & Cherubino Savino, causa mihi in tertia instantia commissa, dedi dubium: An sit danda immissio? & DD. illam dandam esse Patribus responderunt.

Concedit

Concurrunt enim ea omnia notissima extrema ad prafatum iudicium necessaria (ut non controvertatur inter partes) & idem negari nequit immo, ex vulg. v. d. m. l. final. C. de edict. div. Adria. tollen.

Sola difficultas restringatur ad donationem causa mortis factam de anno 1668. de quibusdam mobilibus, & stabilibus eidem Sophonisba, & aliis personis, ad quam Venantius obligari voluit herodem. Salvo per se si Sign. Venantio peritio delli legati, & donationis preterite, quelli ancora videretur revocata, nel qual caso li legati, & donationis preterite affatto s'annichino. Quapropter specifica revocatio requiri videbatur, & sola generalis testamenti non sufficere; sed ponderatis verbis testamenti predicti, ibi - Cassando, & annullando ogni altro testamento, codicillo, donazione causa mortis, & altro da lui fatto, questo voglio à tutti gli altri, & habbia vigore, e fermezza; satis, superque visa fuit DD. indubitata revocatio specificis prefata donationis, per ea, que tradunt Alciat. in l. 2. m. 19. ff. de legat. 1. Mart. consil. 20. n. 1. ad fin. vers. verum etiam; praesertim at terna mentione facta de donat. causa mortis, Jasoni consil. 60. num. 22. Barry de success. lib. 10. tit. 1. n. 48. vers. si cum ante 2. impress. Lugduni cum addit. anni 1671.

Non obstat, illis verbis - Salvo per se si Sign. Venantio peritio specialiter revocata - quia illa non important derogationem ad futuras dispositiones, sed tantum fuerunt apposta ad denotat. hanc donationem factam in infirmitate non esse de genere illarum, que revocantur per contraventionem donatoris, sed solum per poenitentiam ejusdem, ibi - Se penito, ex traditis in l. Senatus 35. ff. de donat. causa mortis, Crass. si donatio causa mortis quasi. 21. numer. 2. Torr. de pact. futur. success. lib. 3. cap. 13. numer. 123. & seq. Antunez de donat. Regis lib. 1. prelat. 2. s. 3. num. 49. vel ad tribuendum amplam facultatem donataris capiendi possessionem propria auctoritate cum facultate reservata donanti prefata legata; & donationes revocandi, ibi - E non consegnando gli heredi come sopra ad. legati, & donationi causa mortis, si tacito à d. legatarii, & donatarii ritenere, & pigliarne il possesso di propria autorità. Et quatenus etiam importare videntur derogatoria futuris dispositionibus, tum quia ista derogatoria non est expressa, sed tacita deducta per argumentum à contrario sensu, etiam tacite, & per quemcumque simplicem contrariam voluntatem removeri potest, juxta theoricam Bartoli in leg. finali in princip. ibi. Add. l. r. ff. de legat. 2. & ibidem Bald. in princip. Paulus de Castro num. 1. & 2. Imol. num. 2. in fine, Nevius num. 1. Atheric. num. 1. idem in l. si quis in principio pariter num. 1. ff. de legat. 3. Pelin. in cap. nonnulli numer. 7. vers. fallit. 3. de rescript. Aretin. in cap. secuti 2. nu. 35. de probam. Dec. consil. 10. sub nu. 4. in princip. vers. non obstat, & post Covarr. Mantice, & alios Moneta de commat. ult. volent. capit. 7. nu. 188. Ubi enim constat de voluntate testatoris expressa, vel saltem conjecturata, satis superque dicitur specialiter revocata antecesserit dispositio, quamvis esset clausula derogatoria munita, per Text. in l. ex facta 37. s. rarm. ff. de hered. instituend. Bald. in l. fancimus nu. 6. ibique Jason. nu. 8. & seq. testam. Covarr. in 2. rubr. de testamen. nu. 19. Dauth. in auth. hoc inter liberos in princ. nu. 3. vers. & si enim, & nu. 5. vers. Ab hac doctrina, Cod. de testam. Soc. Sentor. in l. simi, & Ti. bi, s. in leg. nu. 9. ff. de legat. 1. Clar. in s. donatio, quai. 25. nu. 2. Peralt. in leg. 3. s. Quam fideicommissariam nu. 124. ff. de hered. instituend. Paris. consil. 10. nu. 22. lib. 3. Gabriel. consil. 114. nu. 10. vol. 2. Borfart. consil. 427. nu. 23. Castil. de usufruct. cap. 39. nu. 21. Salsgad. de concess. quai. 2. cap. 19. nu. 2. & 3. juncto nu. 47. Torr. de pact. futur. success. lib. 3. cap. 13. nu. 124. & seq. Rota dec. 247. nu. 11. par. 6. recen.

Contraria autem voluntas ex urgentissima conjectura eiusdem testamenti resultare visa fuit. Et primo, quia testator in proemio illius dixit, quod volebat disponere bonis propriis; bona autem propria testatoris dicuntur ea, que continentur in donatione causa mortis, de quibus ad libitum potest disponere, l. mortis 16. l. qui mor. nu. 30. ff. de mort. caus. de donat. Menoch. consil. 698. nu. 12. vers. respondeo, & consil. 1026. nu. 7. vers. scilicet conjectura, idem de praesumpt. lib. 4. praesumpt. 137. nu. 17. Laderch. consil. 111. nu. 1. Decian. resp. 57. num. 16. & 17. vol. 1. Perreg. de fideicom. art. 43. numer. 49. Eminentiss. Cerrus de decif. 77. numer. 7.

Secundo, quia cum effectu disposuit de pluribus bonis antecesserit donatis, & in omnibus aliis, & singulis heredes instituit uxorem; unde si testator voluit dispositiones in testamento ordinatas subrogare in locum donationis...

nis, & voluntas circa legata particularia est attendenda secundum normam testamenti, non donationis; illa praeferri attendi debet respectu uxoris, quod instituta legitur cum dictione adverbialia, & implicante eundem modum donandi, ibi - In tutti e singoli altri boni - Surd. consil. 357. nu. 22. Tondut. quai. civil. lib. 2. cap. 110. nu. 40. Duran. dec. 93. sub nu. 12. vers. non obstat cum seq. Priol. dec. 221. nu. 6. Tanto magis, quia nulla alia superior est bona, in quibus verificari posset institutio, praeterquam contenta in donatione, Rota coram Greg. dec. 90. nu. 3. & coram Em. Cerro dec. 139. n. 34. & dec. 27. nu. 8. & 9. par. 7. recen.

Altera conjectura est, quod cum totum fere Patrimonium fuisset erogatum in praefata donatione, si illa per testamentum revocata non fuisset, superflua, & inanis redderetur caducitas ibidem apposta, si fluxor ad secunda vota transisset, ut in simili de restitutione fideicommissi quando redderet inutilis, quod in eo veniat de fideicom. Mantice, de concess. lib. 3. tit. 7. nu. 9. Peregrin. de fideicom. art. 7. nu. 62. Intrigliol. de substit. centur. 3. quai. 74. nu. 81. Magon. dec. Florent. 15. num. 12. Seraph. dec. 382. nu. 6. Accedebat demum, quod testamentum esset ad pias causas, quo casu, etiam in donatione efficit derogatoria specialissima ad futura, sufficit quocumque contraria voluntas, quocumque modo probata; ut pluribus relata. 10. tis firmat Burfatt. consil. 47. nu. 1. Ridoer. consil. 33. nu. 49. Genue. practica. Eccles. quai. 94. per tot. Gallef. de except. quai. 3. tit. 4. except. 4. nu. 7. & seq. Rot. cor. Priol. dec. 144. n. 13. & in recen. dec. 199. n. 7. & 8. par. 13. & dec. 247. n. 11. par. 16. Nihil refragante, quod pia causa non fuerit directe instituta, sed substituta, quia defecta conditione viduitatis per transitum, ad secunda vota, perinde est, ac si ab initio institui fuisset Patres, qui sub illa conditione vocati fuerunt, Zabarell. consil. 133. nu. 3. vers. & praecipue, Mart. de success. legal. par. 4. quai. 8. artic. 2. nu. 5. Rota coram Eminentiss. Cerro dec. 221. n. 8. & dec. 150. n. 24. cum duobus seq. par. 12. recen. & in Senogallien. Fideicommissi 17. Martii 1684. s. minimè refragante, coram me.

Nec predictis adversatur, quod in institutione Uxoris, Maritus noluerit comprehendere bona donata, per Text. in l. sequens quai. 70. ff. de legat. 2. Quia ille Textus, & DD. cum eo allegati procedunt in donationibus inter vivos, quae constituunt bona donata extra patrimonium donantis; fecus autem in donationibus causa mortis, quae semper bona remanent in patrimonio, & haereditate testatoris, ut distinguendo declarat Alberic. & communiter omnes in d. l. sequens quai. sub nu. 3. Bald. num. 2. Caltrenf. num. 3. Cujac. un. 1. & per tot. Goffred. pariter nu. 3. quod repetit in l. talis scriptura 30. num. 8. ff. de legib. Jal. in l. cum virum 16. sub nu. 5. ad med. C. de fideic. Curran. in l. Marcellinum, s. quidam, ff. ad Trebell. Paris. consil. 33. n. 76. vol. 3. Cujac. consil. 20. per tot. Mant. de concess. lib. 7. tit. 8. num. 29. Barry de success. lib. 8. tit. 12. num. 7. Marefcott. var. resol. lib. 1. cap. 8. num. 37. in fine, ac proinde de illis disponere potuit, & voluit ex circumstantiis praedictis; & asserant, quia nulla, vel ad summum valde modica alia aderant bona, praeter donata, in quibus uxor posset haeres institui, ut supra firmatum est.

Eademque respondo, applicatur Textus in l. cum biostat 33. s. qui quidam, ff. de donationibus inter vivos, & uxor. quod dum Testator de aliquibus bonis praecedenter donatis disposuit in Testamento, & de aliis nihil loquutus est, praecipue de donatis uxori, signum fit, quod praecedentem dispositionem mutare voluerit. Eo enim ipso, quod Testator disponit per subsequentem Testamentum, censetur etiam revocare omnes donationes antecesserit causa mortis factas, ut post Faber. in Cod. firmat. Fontanei. de pact. unpr. clausul. 4. glof. 9. quai. 5. sub nu. 195. vers. vixit est. Maxime, quando, ut hic, institutio facta fuit in omnibus aliis, & singulis bonis, & hac verificari non poterat, nisi in bonis donatis uxori, cum aliis contentis superius ponderatis, quae clare comprehensionem bonorum donatorum demonstrant, ut praeter allegatos, bene Rota dec. 27. n. 7. & seq. par. 7. rec.

Ideo autem Testator repetit particularia legata testamento, quia alicuius illorum revocationem per generalem clausulam dubitari poterat non sic autem de legatis factis uxori, quia quoad haec non erat necessaria, imò fuisset superflua, & inanis repetitio, at terna universali institutione, quae adverbaturat, & implicat eundem modum per donationem; ex diversitate autem rationis circa modum dispensandi arguitur praecipua voluntatis interpretatio, Rota dec. 307. num. 13. par. 16. rec.

ff. Nec



Nec tandem pro fubftinenda hujusmodi donatione aliquod fundamentum fieri valeat in claufulis, *omni meliori modo, confitenti, & ad habent, &c.* Quia donatio caufa mortis, nec ex prædictis claufulis, nec etiam ex pacto, reddi potest irrevocabilis, præfertim inter conjuges, ut pluribus cumulatis firmant Torr. de pact. futur. lib. 3. cap. 13. ad num. 67. cum feq. junctis nu. 122. & 151. Mant. conf. 241. sub nu. 16. *verf. neque naturam in 2. feq. & fub n. 32. in fine juncto nu. 33.* DD. autem in contrarium allegati loquuntur, & procedunt, quando dubitatur, an testator voluerit donare per contractum, vel caufa mortis, quo casu interpretatio fumitur pro donatione inter vivos favore donatarii; secus autem, quando, ut in præfenti, testator clarè loquutus est difpofitive per viam ultimæ voluntatis.

Et ita utraque &c.

R. P. D. MATTHEJO.

Camerinen. Succellionis.

Veneris 4. Maii 1685.

Supra habetur argumentum hujus confirmatoris decifionis.

S U M M A R I U M.

- 1 Donatio caufa mortis audit sub revocatione facta de ultimis voluntatis.
- 2 Donatio particularis facta uxori non venit in restitutione fideicommissi universalis.
- 3 Donatio facta uxori revocata non præsumitur, nisi de revocatione evidenter appareat.
- 4 Declara, ut prædicta conclusiones vera sint in donatione inter vivos, factis in donatione caufa mortis.
- 5 Et præcipue quando adest specialis, & expressa revocatio cuiuscumque donationis caufa mortis. & n. 15.
- 6 Donatio facta uxori, si omnia sit clausula, ad habendum, licet reputari non possit irrevocabilis, attamen bona in donatione comprehensa computantur extra hæreditatem donantis.
- 7 Declara, ut hujusmodi traditio non procedat in donatione caufa mortis.
- 8 Clausula derogatoria, licet in fine testamenti apposta censetur scripta de voluntate testatoris.
- 9 Verba ad unum finem prolata non debent extendi ad alium.
- 10 Ad removendum derogatorium futuris dispositionibus sufficit quæcumque revocatio tacita, & generalis, si derogatoria tacite quoque desumatur.
- 11 Derogatoria futuris dispositionibus in vita, non operatur in morte.
- 12 Derogatoriam fuisse vocatam, ex conjecturis sufficienter deduci potest.
- 13 Revocatio generalis, si referri non possit ad aliam donationem, quam uxoris, ex quo alie donationes sint revocate per specialem dispositionem rei donata, necessario illa haberi debet pro speciali, & expressa.
- 14 Omnis benigna est facienda interpretatio favore caufa pia.

DECISIO LXXXII.

Placuerit Dominis fundamenta decifionis editæ coram me 15. Maii anni præteriti, non obstantibus, quæ ad informantibus pro Sophonisba, & aliis de Pizzicantibus, & Savino, repetebantur; & idè non dubitandum esse in decifis.

Cum enim donatio caufa mortis facta particulariter Sophonisba, concepta appareat per viam codicillorum, & ulterius ultimæ voluntatis; quemadmodum ultimæ voluntates cadunt sub generali revocatione, ita & donatio caufa mortis, quæ in effectu est specie ultimæ voluntatis, juxta text. in §. primo in fit. de donat. Bald. conf. 109. numer. 3. lib. 3. Cor. conf. 158. numer. 13. lib. 4. Mant. de conj. ultim. volunt. lib. 2. tit. 7. nu. 6. & 9. Cancr. var. lib. 2. cap. 1. n. 65. Card. de Luca de testam. difc. 34. nu. 11. & difc. 73. n. 6. Torr. de pact. futur. success. lib. 3. cap. 13. n. 186. Mant. cons. ult. 20. n. 1. ad finem præfertim attendente mentione facta de donatione caufa mortis, Jafon. conf. 60. numer. 20. & sequens, lib. 3. Cephal. conf. 44. numer. 30. & Ciroce. difcept. 29. numer. 22.

Nil relevante, quòd donatio particularis facta uxori non veniat restitutione fideicommissi universalis, sed fit compatibilis cum illo, text. in l. sequens quest. 70. ff. de legat. 2. nec revocata præsumitur, nisi de revocatione evidenter appareat, per alium Text. in l. cum hic factus 33. ff. de donat. inter virum, & uxorem, quia, ut advertit decifio, quæ revidetur, §. nec prædictis cum feq. difpositio illarum legum procedit in donationibus inter vivos, non autem

caufa mortis. Et quamvis præfata donatio facta uxori inter vivos sit revocabilis, nec confirmetur, nisi morte donantis sicut donatio caufa mortis; tamen, quia per illam bona donata exeunt de patrimonio donantis per viam contractus, idè donatio non comprehenditur in restitutione fideicommissi universalis, nisi de illa fiat nominatim expresse, prout nec revocata censetur, nisi de revocatione evidenter appareat. At secus est in donatione caufa mortis, quæ cum non eximat bona à patrimonio, & hereditate donantis, testator censetur illa comprehendere tamquam propria in fideicommissio universalis absque alia specifica, & individuali nominatione illorum, & donatio revocata censetur evidenter per generalem revocationem cuiuscumque Testamenti, aut alterius ultimæ voluntatis, cum sit & ipsa species ultimæ voluntatis; ita distinguendo inter utramque donationem ad terminos d. c. & legis sequens questio, tradunt præter relatos in dec. §. nec prædictis D. D. ex adverso allegatis, Cutel. de donat. contemplat. matrim. tom. 2. difc. 1. special. 17. nu. 37. & feq. Fontanell. & Teodor. per ipsum relat. & late explicat Hodiern. contror. 35. sub n. 61. usque ad finem, & in terminis alterius præfati Textus in l. cum hic factus, Petr. Barbof. in l. que vocat 45. ff. solut. marin. nu. 124. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 4. tit. 6. nu. 163. Antuzer. C. de donation. Regis lib. 1. pralud. 2. §. 3. numer. 85. & 87. Tulch. conclus. 672. numer. 7. littera D. Cutell. de donat. difc. 2. p. 8. numer. 33. Ciroce. difcept. 49. nu. 20. & comprobant in contrarium adducti, Bellon. de jus. accresc. cap. 6. qu. 23. ad n. 1. usque ad n. & per tot. Hodierna. 2. contror. 35. numer. 48. & Faber. in C. lib. 8. tit. 38. diffin. 20. Et hinc diffcultate, quando adest specialis, & expressa revocatio cuiuscumque donationis caufa mortis, ut in præfenti, Barry de success. lib. 10. lit. 1. numer. 48. *verf. sicut autem secundum impressionem Lugduni cum additione anni 1671. in decif. allegatis, §. sola diffcultas.*

Nec refert, quòd controversa donatio munita sit stipulatione notarii, nec non clausula, ad habent, & possident, ex quibus, si donatio irrevocabilis non redditur faltem improprio modo, ut loquitur Text. & explicat gloss. in d. l. sequens questio, ff. de legat. 2. bona computantur extra hereditatem. Testatoris; quatenus scilicet à donatorio cui ab initio illa debentur, originem fumant non ab hærede donantis. Hodierna enim, & Faber ad hoc supra citati rotam vim, & efficaciam stipulationis, & clausule ad habent, &c. continent in donatione inter vivos per mortem confirmandam, non autem in donatione caufa mortis, quia illam omnino requirunt.

Minus relevat, quòd hæc clausula cassatoria tanquam apposta in parte executiva censeri debeat de stylo Notarii, non autem de voluntate Testatoris: cum enim illa sit de accidentalibus non autem de substantialibus, Testamenti, & conducent ad extrinsec. voluntatem testatoris, de ejus voluntate, non autem de stylo Notarii censeri debet apposta, ex cumulatis per Menoch. conf. 37. n. 130. & 176. ubi de communi, idem de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 43. numer. 5. Mart. de claus. g. 3. conclus. 6. n. 2. & feq. Mant. de conj. lib. 1. tit. 10. n. 2. Rubens de testam. c. 9. numer. 492. Rota dec. 186. n. 5. & 6. dec. 200. n. 2. p. 18. *ver.*

Nec magis specialis, aut individua revocatio exigebatur propter illa verba *Salvo però se il Signor Venanzo pensiro del li legati, e donationi predette, quelli ancora vivente specialmente revocato, nel qual caso i legati, donationi predette affetto fuisse chino.* Quia, ut respondeat ipsa decifio, §. non obstat, cum illa verba non importent derogatoriam expressam futuris dispositionibus, sed tantum denotent amplam facultatem concessam donatariis capiendi propria auctoritate bona donata, & quòd per simplicem penitentiam donatio censeretur revocata, nisi etiam concurreret specialis actus revocationis tanquam prolata ad unum finem, non debet extendi, ad alium, videlicet, inducendi necessitatem præcisè revocacionis respectu ipsius donantis, ut notat Palma Senior cons. ult. 15. numer. 70. & Palma Junior, allegat. 3. nu. 133. vel ad summum quatenus illam importarent, ea esse tantum tacita, & à contrario sensu, ad quam removendum sufficit quæcumque revocatio, etiam tacita, & generalis, ut præter congestos in decifione, §. Et quatenus, comprobant Abbas conf. 41. numer. 2. Menoch. lib. 4. præsumpt. 166. n. 64. & 65. latè Marta de success. legal. quest. 4. art. 7. n. 28. Rota dec. 294. n. 8. & 9. part. 29. *ver.*

Et demum, quando etiam derogatoria fuisse expressa, vel quia sibi Testator non preclusit viam revocandi donationem in morte, sed tantum in vita, ibi *Vivente specialmente revocata.*

revocata. Et Bartol. in l. si quis, ibique Soccin. Jun. nu. 23. ff. de legat. 3. Covar. in rubr. de testam. q. 2. num. 19. *verf. 2. conclusio.* Craver. §. Testamentum quæd. 89. numer. 30. vel quod ex conjecturis revocata censetur, in nihilo ea clausula operatur, ut pluribus cumulatis profecit eadem decifio, §. Et quatenus.

Ceterum quamplurimum facti sunt urgere conjecturæ in decifione enumeratæ, & signanter illa, quòd cum testator legaverit in testamento aliqua bona per prius donata ejusdem personis, & deinde in omnibus aliis bonis hæredem instituerit uxorem cum generali revocatione aliarum donationum, sicut per novam dispositionem particularem censetur revocasse præcedentem donationem quoad illas personas particulariter nominatas, ita per universalem institutionem uxoris in omnibus aliis bonis cum dicta generali clausula revocatoria, censetur revocasse donationem eidem uxori factam, licet non expressam; cum enim revocatio generalis non possit referri ad aliam donationem, quam uxoris, ex quo alie donationes iam fuerant revocate per specialem dispositionem rei donatæ, necessario illa haberi debet pro speciali, & expressa, & ita retroque Text. in d. l. cum hic factus, & Qui quidam, ff. de donat. inter virum, & uxorem, ut ponderavit Rota coram Eminenti. Cerro dec. 189. n. 34.

Et quòd movere videbatur etiam unum ex Dominis, est, quòd testator occurrendo injuriæ Mulieris ex transitum ad secunda vota contra expressam prohibitionem ei factam voluit præcisè consulere animæ suæ, relinquendo locis Pii, & Ecclesie, pro quibus idcirco omnino benigna interpretatio capienda est, ad Text. in leg. Titia §. si. ff. de aur. & argenti legat. Abbas in c. indicant. num. 6. de testam. ibique Anchar. Inola, & Covar. §. Mant. de conj. ult. volunt. lib. 6. tit. 3. n. 32. cum duob. feq.

Nec majori jure suffragari possunt sorores Sophonisbae pro centis ff. 500. in sorte eis restitendo cum usufructu ad favorem Sophonisbae, si in viduitate mansisset, & cum plena consolidatione in casu conventionis, quia eo ipso, quòd supervenit generalis revocatio, & quòd magis est expressa difpositio quamplurimum bonorum contentorum in donatione, revocata etiam censetur donatio, & conditio ejusdem census, sicut revocatae fuerunt ceteræ donationes, ex supra firmatis.

Et ita utraque &c.

R. P. D. RONDININO.

Camerinen. Fideicommissi.

Veneris 26. Februarii 1686.

A R G U M E N T U M.

Relata in antecedentibus decifionibus hic approbatione digna existimata fuere.

S U M M A R I U M.

- 1 Ad effectum validè impetrandi immiffionem satis est citare possessorem bonorum.
- 2 Admissus ad causam facit omnia acta sua.
- 3 Conformitas sententiarum in substantialibus liquet, si una continet, quæ continet altera.
- 4 Et in verbis constat, si una aliam confirmet.
- 5 Sententia dicitur conformis, si concedat, quæ enucleantur in alia, non attendit discordantia circa exceptiones, & alias accidentales partes sententiarum.
- 6 Immiffio concurrentibus requisitis ad eam impetrandam nunquam denegatur.
- 7 Donatio caufa mortis est irrevocabilis usque ad ultimum vite spiritum.
- 8 Adversus si quis sit testamentum cum revocatione ceterarum dispositionum, bona donata commenerentur inter alia testatoris.
- 9 Ea qua Maritus uxori donaverat, nec in ejus hæreditate, nec in fideicommissis veniunt, nisi nominatim id à testatore dictum fuerit.
- 10 Expressio autem sufficit, si eliciatur ex conjecturis.
- 11 Etiam excubatur, quòd etiam sub generalitate verborum revocatio donationis comprehendatur, n. 12.
- 12 Spectat, & nominatim revocatio non solum dicitur illa quæ ex verbis expressis, & individualibus refertur, sed, ea quæ quam testatoris voluntas evidens apparet.
- 13 Testator si bona donata caufa mortis cum diversis vinculis legaverit absque ulla præsertim donationis consuetudine illa revocare voluisse.
- 14 Idemque procedit, si de actu illorum difpositus.

Decl. ad Treas. de Luca Vol. 112.

- 15 Una eademque determinatio refpicientis plura determinabilia, difpari interpretatione sumi non debet.
- 16 Difpofitio per totum est quidem natura adæquativa, sed repetit modum & terminos præcedentis difpofitionis.
- 17 Difpofitio aliter inclinat qualitates eorum, ad quæ habet relationem.
- 18 Ad existendum capienda, quòd fideicommissio remanet aliorum, capienda est interpretatio per inclusionem bonorum in donatione favore uxoris contentarum.
- 19 Per qua verba habetur revocatio donationis caufa mortis alicui favore uxoris stipulata, & n. 20.
- 21 Refitutio in integrum non datur adversus substantiam voluntatis, & iustam.
- 22 Hæredi gravato debetur Treballianica.
- 23 Treballianica non debetur, si substituta fuerit pia caufa.
- 24 Etiam si pia caufa sit conditionaliter substituta per conditionem eventualem quæ purificata fuit.
- 25 Exceptio melioramentorum quæ legitimitate non fuerit, non impedit immiffionem, quæ solè conditionaliter concedi facta obligatione de illis refpicientis in casu probationis.

DECISIO LXXXII.

Postquam Venantius Bifulsus plura bona tam stabilia, quam mobilia, caufa mortis donaverat Sophonisbae uxori, aliisque affinis, sub reservatione tamen inibi adjecta, & hic ad verbum referenda, scilicet *Salvo però, se il Sig. Venantio pensiro del li legati, e donationi, predette, quelle ancora vivente specialmente non revocato, nel qual caso li legati, e donationi predette affetto fuisse chino.* In ultimo Elogio, quòd successivè condidit, revocans omnia alia Testamentata, Codicillata, & donatione caufa mortis, eadem Sophonisbam uxorem hæredem universalem instituit, sub conditione tamen viduitatis servanda: in casu autem transitus ad secunda vota substituit Congregationes Sancti Philippi, & Sancti Caroli. Purificata dicta substitutione per secundas nuptias à Sophonisba contractas cum Cherabino Savino, instituitur Patres Congregationis Sancti Caroli immiffionis iudicium coram Vicario Generali Camerinen. favorabilem reportant sententiam super medietate omnium bonorum hæreditariorum Venantii, sine præiudicio tamen iurium ad dicta Sophonisba non deductorum, & tunc non iustificatorum; quæ sententia fuit in gradu appellationis confirmata non solum ab Aud. Cam. qui ulterius declaravit donationem caufa mortis fuisse in subsequenti Testamento revocatam, & annullatam, sed etiam in Rota à R. P. D. meo Matthæo mediante alia tertia confirmatoria in omnibus præcedentibus sententiis Aud. Camer. donec tandem recursu habito ad signaturam iustitiæ novo emanavit commissio caufe mihi directa, cum clausula, *confitto de tribus quoad bona donata, & sine præiudicio quoad reliqua: unde dubium illi conforme hodie disputandum proposui, an scilicet constaret de tribus quoad bona donata, & quoad reliqua de re iudicata; quòd affirmative in omnibus fuit resolutum.*

Constare dicebant Domini de tribus conformibus quoad bona donata, quia concurrere censuerunt legitimum numerum, conformitatem, validitatem, & iustitiam sententiarum. Numerum, inquam, constitutum ex prima Vicarii, secunda Aud. Cam. & tertia R. P. D. mei Matthæi. Parum relevante, quòd prima lata fuerit non citatis, nec auditis foribus Sophonisbae donatariis, quæ idè præten. debant super bonis eis donatis computandas non esse, nisi duas sententias, quia fatiscit responsio, quòd in prima instantia, in qua Patres actores generaliter, & indefinitè agebant super immiffione in possessionem bonorum hæreditariorum Venantii, factis iure citatis Sophonisbam hæredem, & eorumdem bonorum unicum possederent, ut alias respondit Rot. coram Eminenti. Cerro dec. 520. n. 6. Quòd quæ si dictæ forores in gradu appellationis coram Aud. Cam. comparuerunt, & adherentes Sophonisbae ad illius defensionem iura propria donationis cumulavit in statu, & terminis, in quibus caufa instruxit reperiebatur, fecerunt omnia acta sua, & per consequens etiam præcedentem sententiam, quæ idè contra ipsas allegari, & connumerari debet, Innocent. in cap. cum super n. 6. *verf. si autem hec tertia persona de re iudic. Rot. rec. dec. 43. n. 4. part. 1. & ad ibi 2. passim.*

Conformitas sententiarum concurrat, tum in substantia, & effectu, dum omnes immiffionem concedunt generaliter in omnibus bonis hæreditariis Venantii, quòd sufficit, Gabr. de exequut. rei iudic. conclus. 1. numer. 37. Rot. coram Merlin. decif. 550. numer. 1. tum in verbis ipsis, dum



